



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

86. In supremo Apostolatus &c. Erectio Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis
Occidentalis, de Jurepatronatus Serenissimi Portugalliæ & Algarbiorum
Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Professore, e così pure essendosi stabilite diverse pene pecuniarie contro chi ricusa gl'Uffizi, ò manca alle destinate funzioni, ò in altro modo contraviene agl'antichi, e nuovi Decreti, quali elemosine, e pene sono la maggiore, e quasi l'unica entrata della nostra Congregazione per mantenimento del nostro Altare di S. Cecilia, e per le solennità, funzioni, e spese, ch'occorrono; si stabilisce, e determina, che ogn'uno debba pagare puntualmente le sudette elemosine decorse, ò pene incorse come sopra senza eccezione, ò dilazione alcuna, altrimenti passati otto giorni doppo finito il mese, ò doppo incorso la pena si proceda all'esecuzione senza citazione, ò intimazione alcuna, mà solamente si porti nell'Uffizio d'uno de' Notari dell'Eminentissimo Vicario la nota delli Contravenienti firmata da due Guardiani, e sottoscritta dal Camerlengo, e secondo la detta nota esibita in detto Uffizio, senz'altra citazione si spedisca, e si eseguisca il Mandato per le somme, e contro le Persone in detta nota contenute irremissibilmente, perche si tratta di elemosina, e di causa pia, e così si è a pieni voti stabilito, e le qualche Professore, per abitare in qualche riguardevole Corte, ò per hauer familiarità di qualche gran Personaggio, ò per rispetto, che in altra maniera esigesse dalli Esecutori, volesse con ciò esimersi dall'elemosina, e pene sudette, in odio di questa sua ostinata contumacia di non voler fare che gl'altri fanno, sia cassato dalla Congregazione, nè possa alcuno Maestro di Cappella chiamarlo in avvenire in alcuna Musica sotto pena di scudi sei, e se il Contumace fosse Maestro di Cappella nessun Musico, o Istromentista possa andare à servirlo sotto pena di scudi tre d'applicarsi in beneficio del nostro Altare come sopra.

XXV. Tutti li sopradetti Decreti sono stati approvati à viva voce per Congregazione Generale sotto li ix. Ottobre MDCCXI. coll'intervento di sessantadue Congregati, e poi di nuovo sotto li xiii. di Marzo MDCCXV. coll'approvazione ancora dell'Eminentissimo Signor. Cardinale Ottoboni nostro degnissimo, e zelantissimo Protettore, e si è ordinato, che tanto gl'antichi Statuti, quanto questi nuovi Decreti debbano inviolabilmente osservarsi, ed eseguirsi sotto le pene in essi contenute, se bene si spera, che ogn'uno sarà per esattamente osservarli, non già per la soggezione, ò per il riguardo di queste piccole pene, mà bensì per il solo amore della virtù, e per il buon regolamento della nostra Congregazione, e per mantenere, & accrescere sempre più il culto, e la devozione verso la gloriosa Vergine, e Martire Santa Cecilia nostra Protettrice nel Cielo.

Il Card. Ottoboni Protettore.
L. Sergardi Uditore, e Primicerio.

Pietro Paolo Bencini Guardiano.
Io Biagio Scarci Guardiano.
Gio: Domenico Gratiani Guardiano.
Gioseppe de Carolis Guardiano.

Domenico Antonio Mancini Segretario.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Statuta, & Decreta hujusmodi, quò firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolica confirmationis Nostræ patrocinio communitari plurimum desiderent; Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à ju-

re, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, & attentâ relatione per prædictum Petrum Cardinalem Protectorem eidem Congregationi Cardinalium super præmissis factâ, omnia, & singula Statuta, & Decreta præinserta auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes ipsas præsententes literas, ac Statuta, & Decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia esse, fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoquomque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Congregationis Musicorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus, omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1 x. Septembris MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno decimo sexto.

F. Card. Oliverius.

ERECTIO

Patriarchalis Ecclesiæ Ulixbonensis Occidentalis, de Jurepatronatus Serenissimi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam,

IN Supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divinâ dispositione constituti, pastoralis officii nostri partes circa ea libenter interponimus, per quæ Orthodoxis Regibus,

aliisque

LXXVI.

Exordium ab officio gratias elargienti Principibus de Catholica Religione optime meritis quive Christianæ Reipublicæ auxiliium præstat.

ANNO
1716.

ANNO
1716.

aliisve de Apostolicâ Sede, & Catholica Religione optime meritis Principibus, illustra grati animi nostri argumenta exhibere possumus, illosque præ cæteris, qui validis subsidiis communem Christianæ Reipublicæ Causam adversus terribiles illius Hostes adjuvare satagunt, præcipuis, ac verè singularibus Pontificiæ largitatis gratiis prosequamur.

§. 1. Sanè cum immanissimus Turcarum Tyrannus postquam divinis omnibus, ut notum est, atque humanis legibus infractis, dirum, atroxque bellum superiori anno dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, & Dominio Venetorum nequissimè intulerat, felici, ac celeri Peloponnesi expugnatione summopere elatus, ac nihil jam sibi impervium fore confidens, non Venetas tantum, sed & alias Christianorum Principum Provincias ingenti, & forsàn antehac inaudito terrestrium, maritimarumque copiarum apparatu, hoc præfenti anno aggredi, ac cladibus involvere, potissimum verò Insulam, & Civitatem Corcyræ, securitatis Italicæ propugnaculum, oppugnare moliretur; Nos tot, tantisque Ecclesiæ ac Reipublicæ, imò & temporalis nostræ Ditionis periculis vehementer commoti, primùm quidem ad Eum, qui potens est in prælio, toto corde clamavimus, ut secundum multitudinem miserationum suarum redimeret Nos à malis, nec daret hæreditatem suam in opprobrium, deinde verò Catholicos Principes, omni paternæ charitatis contentione hortari non prætermisimus, ut labenti rei Christianæ opem ferrent, ac eademmet, quibus nuper inter se digladiati fuerant, arma in Barbaros converterent.

§. 2. Cùm autem inter illos Charissimus in Christo Filius noster Joannes Portugallia, & Algarbiorum Rex illustris eximie, non minus suæ pietatis stimulis, quam Officii nostris adductus, in primis verò clarissimis Majorum suorum Portugallia Regum, de Orthodoxæ fidei tuitione, ac propagatione meritiſsimorum exemplis excitatus, nullis incommodis, nullisque expensis, quantumvis gravissimis, parcens, summo zelo, summq̃ue, ac penè incredibilem liberalitate, & alacritate, in auxilium Christianæ Classis validissimum quamplurimum bellicarum, munitissimarumque Navium subsidium quàm cissimè transfuderit; Nos probe scientes prædictum Joannem Regem pluribus ab hinc annis, pio desiderio motum habendi in suo Palatio Regio Ulyssiponen. unam Cathedralē Ecclesiā, summopere exoptasse, ut sæcularis, ac insignis Collegiata Ecclesiā in eodem Palatio, sub invocatione Divi Thomæ Apostoli, aliàs à Nobis erectā, & instituta in Cathedralē Ecclesiā hujusmodi, sub invocatione Assumptionis Beatissimæ Mariæ Virginis erigatur; protereaque Civitas, & Diœcesis Ulyssiponen., in duas partes dividantur, & in eis duo Archiepiscopatus constituantur, Civitatem verò Ulyssiponen. prædictam Lusitanæ Metropolitim, tum ob maritimum Portum, continuam frequentiam omnium Gentium, & Nationum, omnigenam mercaturam, ac divitiarum abundantiam, tum ob ingentem numerum Ecclesiarum, Monasteriorum, & Conventuum tam Virorum, quàm Mulierum, Confraternitatum, Hospitalium, aliorumque Locorum piorum, tum denique ob plurimas nobilissimas familias, multosque Viros in illustribus gradibus constitutos, & tam literis, quam armis confpicuos, toto Orbe Terrarum celeberrimam esse, proindeque hujusmodi prærogativā summopere dignam, ipsaque Civitatem, & Diœcesim Ulyssiponen., tam ob laicalem Populum, quàm ob Clerum secularem, & regularem valde numerosas, nec non fructus, redditus, & proventus

Mensæ Archiepiscopalis Ulyssiponen., cujus Ecclesiā ad præfens Pastoris solatio destituta, ut accepimus, existit, ad duorum Archiepiscoporum, postquam Civitas, & Diœcesis Ulyssiponen. hujusmodi in duas partes divise fuerint; & in prædictis duabus partibus, mediante unius novi Archiepiscopatus erectione, duo Archiepiscopatus constituti fuerint, comnodam, congruamque sustentationem sufficientissimos existere.

§. 3. Volentes eidem Joanni Regi aliquod singulare nostri grati animi argumentum præbere, ad majorem Dei gloriam, & divini Cultus argumentum, attentā amplitudine ejusdem Diœcesis Ulyssiponen., motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Civitatem, & Diœcesim Ulyssiponen. præfatas in duas partes dividimus, ac unam tam Civitatis, quam Diœcesis divisarum hujusmodi partem versus Orientem, antiquo Archiepiscopatu Ulyssiponen. relinquimus, alteram verò partem versus Occidentem, novo Archiepiscopatu per Nos, ut infra erigendo, assignamus; itaut in posterum perpetuis futuris temporibus pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen., qui medietatem Civitatis, necnon medietatem Diœcesis Ulyssiponen. versus Orientem habuerit, Archiepiscopus Ulyssiponen. Orientalis; futurus verò; ac pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen., qui medietatem Civitatis, itidemque medietatem Diœcesis Ulyssiponen. versus Occidentem pariformiter habuerit, Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis respectivè nuncupari debeant.

§. 4. Divisionem autem prædictæ Civitatis Ulyssiponen. in duas partes, ut infra, faciendam esse decernimus, prout vigore præsentium facimus, unamque partem ab alterâ dividimus, & separamus, itaut Civitatis Ulyssiponen. antiquior, cum suo Castello, & Suburbio Orientali, ad pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Orientalem, Suburbium verò Occidentale, quod nova Ulyssipo nuncupatur, ad futurum, & pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Occidentalem respectivè nuncupandos, respectivè pertineant, unaque pars ab alterâ distinguatur per antiquiores muros Civitatis, nempe per murum Civitatis portæ Consolationis, per murum Costæ de Castello, ac per murum, & Portam Sancti Andreae, & quidquid inde est, cum Civitate antiquiori in parte Orientali, una cum Parochialibus, aliisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, & Locis Piis quibuscumque ad Orientalem, quidquid verò existit in parte Occidentali, seu novâ Ulyssipone, similiter cum Parochialibus, aliisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, pariterque Locis Piis quibuscumque ad Occidentalem respectivè nuncupandum Archiepiscopum pro tempore existentem spectare, & pertinere debeat; Diœcesim verò Ulyssiponen. pariformiter in duas partes dividimus, ac partem Diœcesis Ulyssiponen. versus Orientem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali, partem verò ejusdem Diœcesis Ulyssiponen. versus Occidentem futuro, ac pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali respectivè nuncupandis, similiter respectivè subijcimus & assignamus.

§. 5. Linea autem divisoria dictæ Diœcesis Ulyssiponen. incipiet à Locis de Arroios, Campo grande, Pova Sancti Adriani, & Arruda, cum toto Territorio de Alenquer, qua parte terminat cum Territorio villarum de Ribatejo, & exinde Moinho novo, Otta, Cercal, Sancheira, cum Coutos de Alcobaca, usque ad Confina Episco-

Itidemque sufficientiam reddituum pro duobus Archiepiscopatus.

Supradictam Civitatem, & Diœcesim dividit in duas partes, antiquo Archiepiscopatu restituta quoad Civitatem parte versus Orientem, novo autem assignata parte versus Occidentem cum determinatione futuræ denominationis quoad singulas partes.

Terminos cujusque Archiepiscopatus in Civitate designat.

Diœcesim dividit, constituta linea divisoria cum distinctione confinium, & assignatione Locorum cuique ex Archiepiscopis.

Memorat Bellum à Turcarum Tyranno Venetorum Dominio illatum, nec non militarem apparatus, quo ille alias Christianorum Provincias, & præfertim Corcyræ insulam aggredi parabat.

Ob idque Divinam primò opem implorasse; ac deinde Catholicos Principes, ut opem ferrent, monuisse.

Hinc Portugallia Regem plures naves in auxilium misisse.

Exponit ejusdem Regis desiderium obtinendi erectionem Ecclesiæ Collegiatae S. Thomæ in Cathedralē sub invocatione Assumptionis B. Mariæ Virginis in proprio Palatio Ulyssiponen. ac divisionem ejusdem Civitatis, & Diœcesis in duos Archiepiscopatus.

Dictæ Civitatis quamplurimas, easque valde insignes prærogativas refert.

parus Leyrien., includendo omnia prædicta Loca, Oppida, & Villas, cum suis Territoriis, Dependentiis, Terris, Populationibus, omniaque alia, quæ intra hanc lineam, & littora Maris Oceani reperiuntur, ad pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Occidentalem nuncupandum, spectare, & pertinere debeant; Cætera verò Loca, Oppida, & Villas, quæ ex hac lineâ exclusivè reperiuntur, usque ad Ripas Tagi, & Confinia Jurisdictionis de Thomar, cum omnibus suis Territoriis, Districtibus, & Dependentiis ad pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Orientalem pariter nuncupandum, spectare, & pertinere debeant; ex alterâ autem parte Tagi, Territorium de Setaul, qua se extendit intra Flumina Sado, & Canha usque ad Confinia Archiepiscopatus Elboren. cum omnibus Locis, Oppidis, & Villis, eorumque Territoriis, & Dependentiis, ad pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Occidentalem; Territorium verò de Sanctarem ultra Tagum intra Flumina Divor, & Castellum de Almourol, usque ad confinia Episcopatus Portalegren., etiam cum Locis, Oppidis, & Territoriis ad pro tempore existentem Archiepiscopum Ulyssiponen. Orientalem respectivè nuncupandos, similiter respectivè spectare, & pertinere debeant. In prædictis autem parte Civitatis, ac parte Diœcesis Ulyssiponen. versus Occidentem pro futuro Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali nuncupando sic, ut præfertur, constitutis, & assignatis novum Archiepiscopatum Ulyssiponen. Occidentalem nuncupandum pro uno vero, & futuro Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali nuncupando ad nominationem prædicti Joannis Regis, ejusque in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Successorum Regum pro tempore existentium, ut infra, eidem Archiepiscopatu Ulyssiponen. Occidentali nuncupando Apostolicâ auctoritate præficiendo, qui novus Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis nuncupandus in nullo penitus alteri Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali nuncupando, aliisque quibuscunque Archiepiscopis, Prælati, & superioribus quocumque nomine nuncupatis subjectus sit; sed ab eis, eorumque Jurisdictione, & Superioritate penitus, & omnino exemptus, ac duntaxat Sedi Apostolicæ immediate subjectus existat erigimus, & instituiimus; dictamque sæcularem, & Insignem Collegiatam Ecclesiam sub Invocatione Divi Thomæ Apostoli in prædicto Palatio Regio, ut præfertur, existentem, præviâ suppressione denominationis, & Tituli Insignis Collegiatæ Ecclesiæ ejusdem Divi Thomæ Apostoli, in veram Archiepiscopalem Sedem, & Ecclesiam Metropolitanam Ulyssiponen. Occidentalem nuncupandam sub Invocatione Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ pariformiter erigimus, & instituiimus, ac nomine Archiepiscopalis, & Metropolitanæ Ulyssiponen. Occidentalis, insignimus, & decoramus, ac volumus, quòd ipsa Collegiata Ecclesia, quæ ex sex Dignitatibus, octodecim Canonicatibus, totidemque Præbendis, quas, & quos obtinentes illius Capitulum constituebant, nec non & duodecim perpetuis Beneficiis Ecclesiasticis constituebatur, in Cathedrali erecta eodem numero Dignitatum Canonice, & Præbendarum, quas & quos etiam obtinentes illius Capitulum similiter constituatur, nec non eodem numero Beneficiorum constituatur, quorum tamen Canonice tres in Pœnitentiarium, Theologalem, & Doctoralem respectivè Canonice per ipsum Joannem Regem designandi erunt, servatis tamen in præsentatione, collatione, & institutione Canonice Pœnitentiarii, Theologalis, & Doctoralis hujusmodi, tam circa ætatem, quàm circa idoneitatem,

aliasque qualitates Concilii Tridentini decretis. §. 6. Cumque dicta Cathedralis Ecclesia Ulyssiponen, Occidentalis nuncupanda, olim, ut præfertur, Collegiata Ecclesia, nunc ad hujusmodi sublimitatem, honorificamque excellentiam sublimata existat, dictusque Joannes Rex, ut accepimus, in ea Dignitates, & Canonicos habere, qui certas, & peculiare qualitates habeant, ad hoc ut ad altiores Dignitates, & Cathedralium Ecclesiarum regimina promoveri, seu præsentari possint summopere desideret, eidem Joanni Regi, ut nonnullos ex Dignitates, & Canonicatus, & Præbendas hujusmodi, ac Beneficia præfata nunc obtinentibus pro hac vice tantum ab eis removere, alioque in eorum locum subrogare, dummodò tamen prius indemnitati eorum, qui sic remoti fuerint, saltem æquivalenter, consultum fuerit, liberè, & licitè possit, & valeat & sic remoti à Dignitatibus, aut Cononicatibus, & Præbendis, seu Beneficiis hujusmodi quavis ratione, & sub quovis prætextu, etiam Triennialis possessionis juvari non possint, nec remotioni hujusmodi contradicere, & se opponere valeant, ac pro remotis Apostolicâ auctoritate haberi volumus, & mandamus, tenore præsentium, motu pari concedimus, & indulgemus. Ad hoc autem, ut tam Archiepiscopus Ulyssiponen. Orientalis, quàm Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis pro tempore existentes ultra propriam, & distinctam Diœcesim, ac propriam, & distinctum Territorium, cum propriâ, verâ, & particulari auctoritate, jurisdictione, & potestate in cujusque eorum Subditos, & Diœcesanos habere valeant, Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali pro tempore existenti, ut auctoritatem, jurisdictionem, & superioritatem in Clerum, & Populum, in Castra, Oppida, Villas, Territoria, Districtus, Ecclesias, & Personas tam Sæculares, quàm Ecclesiasticas existentes, & existentia in medietate Civitatis, & medietate Diœcesis Ulyssiponen. versus Orientem ei, ut præfertur, assignatis, habere debeat, & eas liberè & licitè exercere valeat, ac Loca, & Personæ hujusmodi ejus Jurisdictioni, subjectioni, visitationi, & correctioni semper, & perpetuò subjecta remaneant, citra tamen præjudicium Personarum, seu Locorum, forsan habentium privilegia exemptionis ab hujusmodi visitatione, quæ firma, & illasa remaneat, & ut antea ab hujusmodi visitatione exempta respectivè esse debeant. §. 7. Nec non eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali ultra jurisdictionem, & auctoritatem in Personas, & Loca in medietate Civitatis, & medietate Diœcesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Orientem sit, ut præfertur, ei assignatis, collationes, provisiones, & omnimoda hæc dispositiones Dignitatum, Canonice, & Præbendarum, Personarum, Administrationum, Officiorum, cæterorumque omnium, & singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum curâ, & sine curâ, ac Præsentationes, electiones ad illa, confirmationes, & Institutiones in eisdem antea in tota Civitate & tota Diœcesi Ulyssiponen prædefunctis Archiepiscopis Ulyssiponen. competentes, salvis tamen, & illæis semper remanentibus, reservationibus, & affectionibus Apostolicis, & absque præjudicio præsentationis Beneficiorum Jurispatronatus Regii, & Laicalis in posterum pro medietate tantum Civitatis Ulyssiponen., & medietate Diœcesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Orientem sic, ut præfertur, sibi assignatis, relinquimus & assignamus, eidemque pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali Egitanien., Portalegren., Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, & Congen. Episcopales Ecclesias, mo-

Facultatem Regi concedit removere nonnullos ex possidentibus dictas Dignitates, & Canonicatus, appolita conditione consulendi eorum indemnitati.

Potestatem utriusque Archiepiscopi designat.

Archiepiscopi Orientalis quoad medietatem Civitatis, & Diœcesis Ulyssiponen. versus Orientem in personis, & Loca inibi existentia, salvis tamen exemptionibus à visitatione.

Sic etiam in provisionibus Dignitatum, & Beneficiorum quoad medietatem; ut supra, cum præsentatione Reservationum & affectionum Apostolicarum, ac præsentationum de Jurisdictione.

Deputat Episcopos Suffraganeos cum consuetis facultatibus erga eos exercendis.

Archiepiscopatum novum Occidentalem, collato jure nominandi in Regem, erigit, eumque immediate Sedi Apostolicæ subjicit.

Prænominationem Ecclesiam Collegiatam S. Thomæ in Archiepiscopalem Sedem Occidentalem sub invocatione Assumptionis B. Mariæ Virginis instituit.

In eadem Cathedrali confirmat Dignitates, Canonicatus, & Præbendas antea existentes in Collegiata nonnullis additis ordinationibus.



ANNO
1716

de quoque, & pro tempore existentes illarum respectivè Præsules, seu Administratores pro suis, & pro tempore existentis Archiepiscopi Ulyssiponea, Orientalis Suffraganeis, qui tanquam membra capiti pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali jure metropolitico subfiunt, designamus, & deputamus; ita quòd idem pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen. Orientalis in eisdem Egitanien., Portalegren., Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, & Congen. Civitatibus, & Diocesis jus metropolitico sibi vindicet, & Egitanien., Portalegren., Promontorii viridis, Sancti Thomæ, & Congen. pro tempore existentes Episcopi eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali ad omnia, & singula teneantur, & sint adstricti, ad quæ Suffraganei quicumque suis Metropolitanis Ecclesiis, & Metropolitanis juxta canonicas sanctiones tenentur, & obligati existunt, ac eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali prædictos suos Suffraganeos consecrandi, Provinciales Synodos evocandi, ac cum eisdem Suffraganeis Ecclesiastica negocia agendi, & definiendi, causas quarumcumque appellationum, sive querelas juxta Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decreta cognoscendi, omniaque alia, & singula quæcumque, quæ de jure, usu, consuetudine, aut aliâ quocummodo ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & præcisè ad antiquum Archiepiscopum Ulyssiponen. antea spectabant, & pertinebant in medietate tantum Civitatis Ulyssiponen. versus Orientem, & medietate tantum Diocesis Ulyssiponen. hujusmodi etiam versus Orientem sic ei pro suis Archiepiscopatu, & Territorio, à Nobis per præsentis relicti & assignati, gerendi, & exercendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem relinquimus pariter, & assignamus.

§. 8. Pro tempore verò existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali, qui semper esse debeat Sacellanus major dictæ Regiæ Cappellæ, ut ultra gratias, privilegia, prærogativas, & indulta, quibus frui debet uti Sacellanus major Regiæ Cappellæ, & præcisè ultra jurisdictionem spiritualem, & temporalem, quæ ei competere debet super Familiaribus Regiis, aliisque Personis juxta formam, & tenorem privilegiorum eidem Sacellano majori aliâ concessorum, ubicumque domicilium habentibus, seu habituris, etiam ipse jurisdictionem, & auctoritatem in Clerum, Populum, Castra, Oppida, Villas, Territoria, Districtus, Ecclesias, & Personas tam sæculares, quàm Ecclesiasticas, & Regulares existentes, & existentia in medietate Civitatis, & medietate Diocesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Occidentem ei sic, ut præfertur, assignatis, habere debeat, ac eas libere, & licitè exercere valeat, ac Loca, & Personæ hujusmodi ejus subjectioni, visitationi, & correctioni semper, & perpetuò subjecta remaneant, citra tamen præjudicium Personarum, seu Locorum forsitan habentium privilegia exemptionis ab hujusmodi visitatione, quæ firma pariter, & illæsa remanere, & ut antea ab hujusmodi visitatione exempta respectivè esse debeant; nec non eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali ultra jurisdictionem, & auctoritatem in Personas, & Loca in medietate Civitatis, & medietate Diocesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Occidentem sic, ut præfertur, ei assignatis, collationes, provisiones, & omnimodas aliâ dispositiones Dignitarum, Canonicatum, & Præbendarum, Personatum, Administrationum, Officiorum, cæterorumque omnium, & singulorum

Beneficiorum Ecclesiasticorum cum curâ, & sine curâ, ac præsentationes, electiones ad illa, confirmationes, & institutiones in eisdem antea in totâ Civitate, & totâ Diocesi Ulyssiponen. prædefunctis Archiepiscopis Ulyssiponen. competentes, salvis tamen, & semper illis pariter remanentibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis, & absque præjudicio præsentationis Beneficiorum Jurispatronatus Regii, & Laicalis, in posterum pro medietate tantum Civitatis Ulyssiponen. ac medietate tantum Diocesis Ulyssiponen. versus Occidentem sic, ut præfertur, pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali assignatis, similiter concedimus, & respectivè indulgemus, eidemque pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali Leyrien, Lamacen., Funchalen., & Angren. Episcopales Ecclesias, modernosque, & pro tempore existentes illarum respectivè Præsules, seu Administratores pro suis, & pro tempore existentis Archiepiscopi Ulyssiponen. Occidentalis Suffraganeis, qui tanquam membra Capiti eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali jure Metropolitico subiaceant, eique obedientiam, & reverentiam, tanquam proprio Metropolitanato, præstare debeant, similiter designamus, & deputamus; ita quòd idem pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis in eisdem Leyrien., Lamacen. Funchalen., & Angren Civitatibus, & Diocesis jus Metropolitico habeat, & habere debeat, & Leyrien., Lamacen., Funchalen., & Angren. Episcopi eidem pro tempore existenti Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali ad omnia, & singula teneantur, & sint adstricti, ad quæ Suffraganei quicumque de jure, usu, aut consuetudine tenentur, & obligati existunt, ipsique pro tempore existentis Archiepiscopi Ulyssiponen. Occidentali præfatos suos Suffraganeos consecrandi, Provinciales Synodos evocandi, accùm eis etiam Ecclesiastica negocia agendi, & terminandi, causas quarumcumque appellationum, sive querelas juxta Sacrorum Canonum statuta, & Concilii Tridentini decreta cognoscendi, omniaque alia, & singula, quæ similiter de jure, usu, consuetudine, aut aliâ quomodolibet ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & præcisè ad antiquum Archiepiscopum Ulyssiponen. antea in tota Civitate, & Diocesi Ulyssiponen. spectabant, & pertinebant in posterum in medietate tantum Civitatis, & medietate tantum Diocesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Occidentem sic ei pariter pro suis Archiepiscopatu, & Territorio, à Nobis per præsentis assignatis, gerendi, & exercendi plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§. 9. Ut autem tam Archiepiscopus Ulyssiponen. Orientalis, quàm Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis pro tempore existentes in actu expeditionis literarum Apostolicarum super eorum promotione ad dictos Ulyssiponen. Orientalem, & Ulyssiponen. Occidentalem Archiepiscopatus ad nominationem dicti Joannis Regis, ejusque Successorum Regum præfatorum, ut infra, faciendam, taxam fixam, & invariabilem in libris Camerae Apostolicæ, ac certos, & distinctos fructus habere valeant, cum taxâ antiqui Archiepiscopatus Ulyssiponen. in libris Camerae Apostolicæ ad bis mille florenos auri descripta reperiat, & æquum sit, quòd sicuti dividuntur Civitas, & Diocesis, ita etiam dividantur fructus, & onera, volumus, & ordinamus, quòd in posterum fructus Archiepiscopatus Ulyssiponen. Orientalis ad mille florenos auri, & similiter fructus Archiepiscopatus Ulyssiponen. Occidentalis ad alios mille florenos similes respectivè in libris

ANNO
1716.

Suffraganeos
ejusdem Ar-
chiepiscopi
deputat cum
consuetis fa-
cultatibus er-
ga illos exer-
cendis.

Taxam ser-
vandam in
expeditione

Literarum A-
post. expedi-
tioni pro
quolibet ex
dictis Archie-
piscopatus
decerant.

Cuique ex di-
ctis Archie-
piscopis divi-
sim assignat
reditus ex
qualibet me-
dieta Civita-
tis, & Dioc-
cesis.

Capitulo anti-
quo Ulyssip-
oren. fru-
ctus, & emo-
lumenta
jampridem
spectantia in-
tegrè præfer-
vata.

Pro conserva-
tione pacis
inter utrum-
que Archie-
piscopatum
statuit non-
nullas provi-
siones ab Ar-
chiepiscopis,
eorum Mini-
stris, ac res-
pectivè Sub-
ditis servan-
das.

Quoad Con-
fessarios, &
Concionato-
res approba-
tos ab uno ex
dictis Archie-
piscopis

Quoad casus
reservatos, &
in posterum
reservandos
in uno ex eis-
dem Archie-
piscopatibus.

Quoad allo-

Camera Apostolica taxati respectivè existant.

§. 10. Unicuique autem ex prædictis duobus Archiepiscopis Ulyssiponen. Orientali, & Occidentali pro tempore existentibus illi fructus ex decimis, & aliis quibuscumque redditibus, proventibus, bonis stabilibus, censibus, & aliis hujusmodi provenientes obveniant, qui provenire poterunt ex illâ medietate Civitatis, & medietate Diocesis Ulyssiponen. ei sic, ut præfertur, assignatis; & ne antiquum Capitulum Ulyssiponen, ex hac divisione, & dismembratione, ac novi Archiepiscopatus Ulyssiponen. Occidentalis erectione quoad infra scriptos fructus, & alia emolumenta ei, ut infra, spectantia, aliquod detrimentum patiatur, tam fructus, quam decimæ, & alia emolumenta, quæ antea eidem antiquo Capitulo spectabant, & pertinebant, etiam post divisionem Civitatis, & Diocesis Ulyssiponen, ac novæ Metropolitanæ Ecclesiæ hujusmodi erectionem, ut antea, spectare, & pertinere debeant, absque eo quod Capitulum, & Canonici novæ Metropolitanæ Ecclesiæ præfatae ex dictis decimis, fructibus, & emolumentis ad antiquum Capitulum Ulyssiponen, ut præfertur, spectantibus quidquam exigere, seu prætere valeant, etiam si fructus, decimæ, & emolumenta hujusmodi ex quibuscumque bonis, rebus, & Personis in medietate Civitatis, & medietate Diocesis Ulyssiponen. versus Occidentem existentibus quomodolibet proveniant.

§. 11. Ad effectum vero, ut ex divisione Civitatis, & Diocesis Ulyssiponen. præfatarum, & existentia duorum Archiepiscopatum intra limites ejusdem antiquæ Civitatis, ejusdemque Diocesis, discordiæ, & dissensiones non oriantur, cupientes pacem, & tranquillitatem inter Personas Ecclesiasticas, summopere consentaneam, confovere, omnia, & singula infra scripta, quæ jurisdictionem, superioritatem, aliaque pro quiete, & concordia amborum Archiepiscopatum respicere possunt, perpetuis futuris temporibus tam ab Archiepiscopo Ulyssiponen. Orientali, quam ab Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali, eorumque respectivè Vicariis, Officialibus, & Ministris quocumque nomine nuncupandis, ac quavis autoritate, superioritate, jurisdictione, & facultate pollentibus, nec non Subditis, & Diocesanis tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, firmiter, & inviolabiliter observari debere mandamus. Primò videlicet, quòd Confessarii, & Concionatores, si à proprio ex duobus prædictis Archiepiscopis pro tempore existentibus approbati, & idonei reperti fuerint ad Confessiones audiendas, & verbi Dei prædicationes faciendas in unâ parte Civitatis, & Diocesis Ulyssiponen, in quâ existit dictus proprius Archiepiscopus, tunc, & eo casu, exhibendo coram altero Archiepiscopo approbationem proprii Archiepiscopi, possint in alterâ parte Civitatis Ulyssiponen, e jusque districtu Confessiones audire, & Verbum Dei prædicare absque alio examine, aliâque approbatione, sed habitâ tantum licentiâ ab Archiepiscopo loci, in quo Confessiones hujusmodi audire, & Verbum Dei prædicare voluerint.

§. 12. Secundò, quòd omnes, & quicumque casus, qui in uno ex prædictis duobus Archiepiscopatibus erunt reservati, vel in posterum reservabuntur, pariformiter sint, & esse debeant etiam reservati in alio ex prædictis duobus Archiepiscopatibus, ne Subditi unius ex præfatis duobus Archiepiscopatibus hujusmodi committentes excessus, qui in suo Archiepiscopatu sunt reservati, facile absolvi possint in alio ex præfatis duobus Archiepiscopatibus, in quo similes casus reservati non fuerint.

§. 13. Tertio in eventum sepeliendi aliquem

defunctum unius partis Civitatis, vel Diocesis in alterâ parte ejusdem Civitatis, vel Diocesis, vel quia in hac alterâ parte sibi elegerit sepulchrum, vel quia in hac alterâ parte sepulchrum suorum Majorum, & Consanguineorum existat, tunc Parochus defuncti associare debeat cadaver usque ad limites illius Archiepiscopatus, in quo decessit, illudque exinde associabitur à Parocho, intra cujus limites sita est Parochia, sive Ecclesia, in qua cadaver prædictum erit sepeliendum, dividendo tamen inter utrumque Parochum emolumenta debita ratione funeris.

§. 14. Quartò Religiones, & Laicorum Confraternitates totius Civitatis, quæ ad præfens in eadem Civitate reperiuntur, in posterum associando Cadavera, & in aliis quibuscumque functionibus, tam eundo, quam redeundo incedere possint per totam Civitatem processionaliter eisdem modo, & formâ, quibus ad præfens incedunt. Illæ verò Religiones, & Laicorum Confraternitates, quæ in futurum de novo fundatæ, & institutæ fuerint, ad hoc ut in prædictis functionibus incedere possint per totam Civitatem processionaliter, ab utroque Archiepiscopo licentiam petere debeant, & facultatem.

§. 15. Quintò quotiescumque opus fuerit facere denunciationses super matrimoniis contrahendis, & super Ordinibus conferendis pro Personis in dicta Civitate Ulyssiponen. commorantibus, denunciationses hujusmodi quamvis matrimonium contrahere, & ad Ordines hujusmodi promoveri volentes unius partis dictæ Civitatis, ut præfertur, divise habitatores existant, non solum in eorum Parochiali Ecclesiâ, verum etiam in unâ ex Parochialibus Ecclesiis alterius partis ejusdem Civitatis, ut præfertur, divisæ, ad hoc ut frandibus obviari possit, fieri debeant, nec ullo unquam tempore matrimonia contrahi, ac Ordines tam minores, quam sacri conferri possint absque fide Notariorum, vulgò *Folba Corrida* nuncupata utriusque Archiepiscopatus, in qua expressè caveatur, quòd tam illi, qui matrimonia contrahere voluerint, quam illi, qui ad Ordines præfatos erunt promovendi, nullo canonico impedimento irretiti existant, nullave criminis infamiâ quoad Ordines hujusmodi laborent.

§. 16. Sextò, quòd publicæ Processiones, tam in die solemnitatis Corporis Christi ab utrâque Cathedrali faciendæ, quam quæ ex consuetudine, vel voto aliis diebus fiunt, vel de cætero fieri poterunt, nequaquam fieri valeant extra limites proprios unius Archiepiscopatus absque expressâ licentiâ, & facultate alterius Archiepiscopi.

§. 17. Septimò Ministri, & Officiales unius Archiepiscopatus non possint, nec debeant in aliâ parte & in alio Dominio, & Territorio alterius Archiepiscopi deferre insignia denotantia jurisdictionem, & Justitiam, nec facere per se ipsos executiones, aut aliquem, quamvis sibi Subditum, in carceribus conjicere, sed adhibendæ erunt Literæ hortatoriæ juxta styllum Regni Portugallæ; excepto tamen casu, quo Rei reperti fuerint, vel in actu fugæ, vel in flagranti crimine, in quibus casibus Rei consignandi erunt Officiali illius Archiepiscopi, in cujus ditione capti fuerint, ad hoc, ut iste, vel eos puniat, si de jure ei competat facultas illos puniendi, vel eos remittat ad Judicem suum, qui de jure debet procedere ad cognitionem criminis à Reis hujusmodi commissi.

§. 18. Octavò omnes & quæcumque Literæ Apostolicæ tam sub Plumbo, quam sub Annulo Piscatoris in posterum expediendæ, & tam gratiam,

ciationem
cadaverum
explicandam à
proprio Paro-
cho in altera
parte Civita-
tis, & Dioc-
cesis, ac per-
ceptionem e-
molumentorum.

Quoad simi-
lem associ-
ationem ex-
plicandam à
Religionibus,
& Confraternitati-
bus Laicorum
tam fundatis,
quam in pos-
terum fundan-
dandis.

Quoad denunciationses
super matri-
moniiis con-
trahendis, ac
promotionibus
ad sacros
Ordines.

Quoad publi-
cas Processio-
nes tam in
die solemnita-
tis Corporis
Christi,
quam ex aliis
causis obveni-
das.

Quoad delati-
onem Insignium,
& exercitium Ju-
risdictionis in
Ministris cu-
juscumque Ar-
chiepiscopatus.

Quoad ere-
ctionem litem-
tarum Apo-
stolicarum ad
quemnam ex
Archiepiscopi-
spectare
debeat.

quam

ANNO
1716.

quàm justitiam simul, vel separatim concernentes, quæ pro illarum executione committendæ erunt Archiepiscopo, seu Officiali Ulyssiponen., quotiescumque ex eisdem Literis non constabit, an illarum executio Archiepiscopo, seu Officiali Ulyssiponen. Orientali, aut Archiepiscopo, seu Officiali Ulyssiponen. Occidentali commissa fuerit, tunc, & eo casu hujusmodi executio commissa esse intelligatur illi Archiepiscopo, qui jurisdictionem habuerit, vel supra personam, si materia sit personalis, vel supra rem, si realis.

§. 19. Nondè, omnes, & quæcumque causæ, & litium controversiæ, quæ ad præsens introductæ, & indecisæ reperiuntur continuari, & terminari debeant usque ad sententiam definitivam coram eisdem Officialibus, seu Judicibus, coram quibus introductæ fuerunt; executiones verò faciendæ erunt ab Officiali illius Archiepiscopi, cui juxta prædictam divisionem spectabunt, mediantibus tamen solitis Literis hortatoriis juxta stylum Regni Portugalliæ: Illæ verò lites, & controversiæ, quæ de novo movendæ, & introducendæ erunt, judicari, & definiti debent ab Officiali illius Archiepiscopi Ulyssiponen., aut Orientalis, seu Occidentalis, qui debeat de jure eas cognoscere, & super eis judicare, vel ratione personæ ei subjectæ, vel ratione rei in suo Archiepiscopatu, & in sua Diocesi existenti.

§. 20. Decimò, novus Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis poterit creare, & eligere omnes, & singulos Officiales, qui ibidem creari solent, aut confirmare, & approbare jam creatos, & electos cum eisdem jurisdictione, & potestate aliis Officialibus in parte Civitatis, & Diocesis sibi assignata competentibus, nec per hoc Officiales antiqui Archiepiscopatus Ulyssiponen. aliquam elevationem prætereundam possint, præterquam in casu, quo officia ab eis empta fuissent, quia tunc novus Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis decernere debet, quod Officiales ab eo noviter electi resciant damna, quæ Officiales antiqui Archiepiscopatus Ulyssiponen. ex hac novâ erectione, & electione Officialium pati possent, & infra scripti Judices Executores summarie, & sola facti veritate inspectâ pretium eisdem antiquis Officialibus debitum persolvere faciant.

§. 21 Undecimò, quia in utraq; parte Civitatis, & Diocesis Ulyssiponen. tam Orientalis, quàm Occidentalis reperiuntur Dignitates, Canonicatus, & Beneficia, quæ personalem residentiam requirunt, ne ob prædictam Civitatis & Diocesis Ulyssiponen. divisionem Dignitates, Canonicatus, & Beneficia hujusmodi pro tempore obtinentes in aliquo præjudicentur, volumus, quòd si Possessores Dignitatum, Canonicatum, & Beneficiorum hujusmodi in unâ parte Civitatis, seu Diocesis hujusmodi habitaverint, nihilominus habeantur, & reputari debeant præsentibus in loco Dignitatum, Canonicatum, & Beneficiorum hujusmodi; ipsi verò, non tamen eorum Familiæ, & Familiares Subditi illius Archiepiscopi existant, in cujus Civitate, seu Diocesi Dignitates, aut Canonicatus, seu Beneficia hujusmodi extiterint.

§. 22. Duodecimò, quod omnes, & singulæ controversiæ, quæ in posterum occasione hujusmodi divisionis, ac novi Archiepiscopatus creationis oriri poterunt, summarie absque strepitu, & figurâ judicii, ac solâ facti veritate inspectâ ab eisdem infra scriptis Judicibus Executoribus definiti, & judicari debeant. Insuper, quod ex omnibus supra dictis nullum præjudicium inferatur, nec ullo unquam tempore in futurum inferri

possit jurisdictioni jam competenti novo Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali, uti Sacellano Majori Cappellæ Regiæ Ulyssiponen., quæ jurisdictione semper, & omni tempore immunis, & illæsa remaneat in suo primævo statu, exercenda tamen à dicto novo Archiepiscopo Ulyssiponen. Occidentali, uti Præfule dictæ Cappellæ super Familiâ Regiâ, eademque Cappellâ, & ejus Officialibus, ac Familiaribus ipsius Joannis Regis, ad formam Indultorum & Privilegiorum Apostolicorum, usque nunc concessorum ad favorem Sacellani Majoris pro tempore existentis, quibus nullo modo derogatum, seu præjudicatum intelligatur, sed novus Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis, uti Cappellanus Major dictæ Regiæ Cappellæ ad formam Indultorum, & Privilegiorum Apostolicorum hujusmodi privativè quoad omnes alios Judices, seu Superiores, quavis autoritate, & dignitate fungentes, suam jurisdictionem Sacellani Majoris absque ullâ diminutione, & controversiâ exercere valeat

§. 23. Denique considerantes prædictam Metropolitanam Ecclesiam Ulyssiponen. Occidentalem, sic, ut præfertur, à Nobis per præsentem erectam, & institutam in Regio Palatio Ulyssiponen. constitutam existere, inibique ipsas Personas Regias functionibus Ecclesiasticis sæpissimè adesse posse, valde congruum existimamus, ut eadem Metropolitana Ecclesia Ulyssiponen. Occidentalis, ejusque pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen. Occidentalis, uberioribus Indultis, privilegiis, & prærogativis ex speciali nostrâ & Sedis Apostolicæ Indulgentiâ condecorentur: hinc prædictum Joannem Regem amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, firmis tamen, & illæsis remanentibus supra dictis omnibus, & singulis indultis, & privilegiis eidem Cappellæ Regiæ, ejusque Sacellano Majori, sic, ut præfertur, à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessis, nec non citra ullum præjudicium, seu diminutionem autoritatis, jurisdictionis, præeminentiæ, ac jurium quorumcumque, etiam honorificorum, & merè cæremonialium nunc, & pro tempore existentium nostro, & Apostolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuncio, seu alteri ejusdem Sedis in eisdem Regnis pro tempore similiter existenti Legato competentium quæ Nuncius, & Legatus supra dicti, quoad dictum novum Archiepiscopum Ulyssiponen. Occidentalem pariformiter, & absque vili prosuâ differentiâ, ac quoad alios Archiepiscopos, & Episcopos dictorum Regnorum exercere possint, ac debeant, motu, scientiâ, & potestate similibus eandem secularem, & insignem Collegiatam Ecclesiam, sic à Nobis in Archiepiscopalem Ecclesiam Ulyssiponen. Occidentalem erectam & institutam nomine, titulo, & prærogativâ Patriarchalis Ecclesiæ, ejusque Archiepiscopum Ulyssiponen. Occidentalem pro tempore existentem similiter nomine, titulo, & prærogativâ Patriarchæ Ulyssiponen. Occidentalis, ad instar Venerabilis Fratris nostri moderni Patriarchæ Venetiarum, quoad Provinciam tamen Archiepiscopatus Ulyssiponen. Occidentalis tantum insignimus, & decoramus cum facultate utendi insignis, & stemmate propriæ Ecclesiæ Archiepiscopalis Ulyssiponen. Occidentalis, aliisque ornamentis, quibus idem Patriarcha Venetiarum de jure, usu, & consuetudine utitur, necnon in eisdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis deferendi Crucem, & Rocchetum apertum, Populum benedicendi, Thronum, & Baldachinum habendi, Pontificalia exercendi, infra scriptas indulgentias concedendi, & supra Bracharen., Ulyssiponen., Orientalem, ac Elboren. Archiepiscopos; Necnon Portu-

ANNO
1716.

Jurisdictionem Archiepiscopi Occidentalis tanquam Sacellani Majoris Regiæ Cappellæ in Regiam Familiam, & Cappellam ad formam Indultorum aliis concessorum præferat.

Prosequitur in explicatione proposita majores gratias elargienti eidem Regi.

Præmittit præservativum Jurium aliis concessorum, nec non competentium Sedi Apostolicæ ejusque Nuncius, & Legatus in Regno Portugalliæ.

Metropolitanam Occidentalem erigit in Patriarchatum, & Archiepiscopum respectivè in Patriarcham ad instar Patriarchæ Venetiarum, quoad Provinciam tamen dumtaxat illi tributam.

Plures prærogativas eidem Patriarchæ imperetur.

Signanter præcedendi Archiep. Bracharen., Ulyssiponen. Orientalem, aliq; Regni Prælatos etiam in propriis Ecclesiis.

Quoad continuationem cognitionis causarum pendentium, illarumque executionem, nec non quoad causas in posterum introducendas.

Quoad creationem novorum Officialium facientem per Occidentalem Archiepiscopum, & obligationem revelandi antiquos in casu, quo Officia empta sint.

Quoad præsentiam obtinentium Dignitates, & Beneficia residentia cum aliqua modificatione quoad eorum familias.

Quoad terminationem controversiarum quæ occasione dictæ divisionis in posterum contingent, summarie expandendam coram Executoribus infra nominandis.

Declarat concessionem dictarum facultatum.

Usum Pallii concedit certis designatis diebus, & festivitatibus.

Ac singularem gratiam deferendi habitum purpureum ad instar Salisburgensis Archiepiscopi indiget cum facultate concedendi Indulgentias, quas Nuncii concedunt.

Capitulo Patriarchalis Ecclesiae usum habitus Prælatitii & Rochettitribuit.

Nec non Cappæ magnæ rubæe tempore hyemali; æstivo autem consimilem Mozzettam ad instar Canonico-rum Metropolitanæ Pisanæ.

gallens, Colimbriens, Vifens, Mirandens, Lamacens, Egitanens, Leirien, Fanchalens, Angrens, Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, Congens, Algarbiens, Portalegrens, & Eluens. Episcopos, aliosque omnes, & singulos Regnorum hujusmodi Prælatos, in omnibus actibus, & functionibus, etiam in eorum Ecclesiis præcedentiam habendi, quorum nullus etiam in eorum Ecclesiis, eo præsentate, aliquem jurisdictionis, honoris, vel facultatis actum gerere possit, quem coram Legato prædictæ Sedis Apostolicæ gerere non valeret; quo verò ad alias jurisdictiones, & facultates aliis Patriarchis, seu prædictæ Sedis Legatis competentes, nullas idem pro tempore existentis Archiepiscopus Ulyssiponen, Occidentalis Patriarcha nuncupatus habere, seu exercere possit, exceptis prædictis, nisi alia jurisdictione, seu facultate hujusmodi, prius per Nos, aut Successores nostros, sedemque præfatam declarata, & respectivè ei concessa fuerit, nec non utendi Pallio non solum in diebus festivitatis, & functionibus in Pontificali Romano descriptis, & designatis, sed etiam in Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, in inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis, Sancti Josephi, Sanctæ Annæ, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Vincentii Civitatis Ulyssiponen, Proteæotis, Sanctæ Elyzabethæ Reginae Portugalliæ, Sancti Antonii Ulyssiponen, Sancti Angeli Custodis, & Sancti Georgii Regni Portugalliæ Defensorum Festivitatibus, quæ omnes in ipsa Collegiata Ecclesiâ in Cathedrali, & Metropolitanam Ecclesiam Ulyssiponen, Occidentalem erectam, & in toto Regno Portugalliæ solemniter celebrantur, nec non in qualibet aliâ die, si quæ fuerit solemnior in Ecclesiâ, in qua per totum Regnum prædictus Archiepiscopus Ulyssiponen, Occidentalis Patriarcha nuncupatus Pontificalibus usus fuerit, ac in benedictionibus nuptiarum, & in solemnibus Baptismate filiorum, & descendendum Regionum, ac in aliis similibus, & solemnibus Regis functionibus, quæ intra, vel immediatè post Missarum solemnia celebrantur, quodque prædictus pro tempore existens Archiepiscopus Ulyssiponen, Occidentalis Patriarcha nuncupatus, sic à Nobis per præsentem creatus, & indultus, ac nomine, & prærogativâ Patriarchæ decoratus habitu purpureo ad instar Venerabilis etiam Fratris nostri moderni Archiepiscopi Salisburgens, indui possit, easque indulgentias concedere valeat, quas nostri, & prædictæ Sedis Apostolicæ Nuncii in prædictis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis ejusdem Sedis autoritate concedere solent; videlicet, centum, aut plures alios dies, non tamen ultra annum, nec non in uno Festo dumtaxat, à primis usque ad secundas Vesperas, & occasum solis diei Festi hujusmodi, quinque annos, & quinque quadragenas, aut infra, ita tamen, ut semel tantum pro unâ Ecclesiâ, vel Cappellâ fiat, etiam concedimus, & indulgemus.

§. 24. Capitulo verò dictæ Collegiatae Ecclesiae, sic à Nobis in Cathedrali, & Metropolitanam Ecclesiam erectæ, ac titulo, denominatione, & prærogativâ Patriarchalis Ecclesiae decoratæ, ejusque Dignitatibus, & Canonicis, ut ipsi in posterum habitum Prælatitium violacei coloris ferici; aut lanci supra Rochettum, ubique terrarum extra tamen Romanam Curiam, & ubi non fuerit Romanus Pontifex, ad instar Canonico-rum Ecclesiarum Patriarchalium de Urbe, quodque ipsi, qui jam vigore Indulti Apostolici habent usum Cappæ magnæ violacei coloris, in posterum hyemali Cappam etiam magnam rubeam; æstivo verò temporibus Mozzettam supra Rochettum similiter rubeam ad instar Canonico-rum Ecclesiae Pisanæ respectivè in singulis Horis Canonicis, Mis-

sis; & aliis Divinis Officiis, nec non Processionibus tam intra, quam extra eorum Ecclesiam peragendis, nec non actibus Capitularibus publicis, & privatis gestare, & deferre possint, quodque Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiae Ulyssiponen, Occidentalis tam habitu Prælatitio, quam Canonicali induti, & capitulariter existentes, seu incedentes omnia Capitula, etiam in eorum Ecclesiis, omnesque Canonicos quarumcumque Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum totius Regni Portugalliæ; similiter, si unus, vel plures dictæ Ecclesiae Ulyssiponen, Occidentalis cum alio, vel aliis, Dignitate, seu Canonico, aut Dignitatibus, seu Canonicis alterius, cuiusque Ecclesiae Regni Portugalliæ incedent, seu in aliquâ functione Ecclesiastica aderunt, etiam in eorum Ecclesiis præcedere debeant; nec non, ut ipsi, eorumque in Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis hujusmodi Successores perpetuis futuris temporibus, ac tam in parte Civitatis, & Diocesis Ulyssiponen, Occidentalis, quam in toto Regno, & Dominiis præsentate Rege, eoque absente de licentiâ Ordinarii, in Missis, ac Horis Canonicis, solemniter decantandis, & persolvendis ac etiam in Processionibus, benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptismalis, ac in reliquis Ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, præsentate, vel absente Archiepiscopo, Mitrâ, aliisque indumentis, vel paramentis, ad instar Abbatum usum Mitræ habentium, uti, nec non in eorum Armis, & Insigniis gentilitiis Mitram apponi facere, ad instar Dignitatum, & Canonico-rum Archiepiscopali-um Ecclesiarum Beneventanæ, & Mediolanen-, quodque ipsius Ecclesiae Ulyssiponen, Occidentalis Dignitates, & Canonici præfati, eorumque Successores indumenta, & paramenta, aliasque res Ecclesiasticas, in quibus Sacri Olei vel Chrysmatis unctio non requiritur, nec tamen Calices, neque Patenas benedicere, ad instar Canonico-rum Ecclesiae Neapolitanæ, eisdemque prædictæ Ecclesiae Ulyssiponen, Occidentalis Canonicis causæ quæcumque, & super quibuscunque Litibus, & controversiis motæ, vel movendæ, committi, respectivè, liberè, & licitè possint, & valeant, etiam cedimus, & indulgemus.

§. 25. Ulterius, firmo remanente Jure patronatus Regio, & præsentandi, ut antea, ad Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia dictæ Collegiatae Ecclesiae, sic à nobis in Metropolitanam Ecclesiam Ulyssiponen, Occidentalem erectæ, ad Archiepiscopatum Ulyssiponen, Occidentalem, tam hac primâ vice à primâ illius erectione hujusmodi vacantem, quam in posterum in quibuscumque aliis vacationibus, quandoocumque, & quomodocumque, etiam apud Sedem Apostolicam occurrentibus, Jus patronatus Regium, & nominandi, & præsentandi Personam idoneam Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, ac per Nos, & eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem dicto Archiepiscopatu Ulyssiponen, Occidentali Apostolicâ auctoritate, & mediantibus Literis Apostolicis præficiendam, prædicto Joanni Regi, ejusque in dictis Regnis Successoribus Regibus similiter perpetuò reservamus, concedimus, & assignamus, ac Jus patronatus, & præsentandi hujusmodi, prædicto Joanni Regi, ejusque in dictis Regni Successoribus Regibus præfatis, non ex privilegio Apostolico, sed uti ex verâ, primâ, reali, & actuali, plena, integrâ, & omnimodâ fundatione, & perpetuâ dotatione laicali, ex bonis merè laicalibus factis, competere, & pertinere, & uti tale sub derogatione Jus patronatus ex privilegio Apostolico, vel consuetudine, aut præscriptione acquisiti, nullatenus comprehendit, aut illi nullo unquam tem-

Jus præcedendi quoad alia Capitula, & Canonice Regni etiam in eorum Ecclesiis.

Usum Mitræ, aliorum Paramentorum ad instar Abbatum usum Mitræ fruentium.

Usum Mitræ in eorum Armis, & insigniis gentilitiis ad instar Canonico-rum Ecclesiarum Beneventanæ, & Mediolanen-sis.

Facultatem benedicendi sacra indumenta ad instar Canonico-rum Ecclesiae Neapolitanæ.

Prærogativam ut iisdem Canonice committi possint causæ.

Jus nominandi, & præsentandi Archiepiscopum Occidentalem, Regi, ejusque Successoribus Regibus reservat.

Hoc Jus patronatus ex fundationis, & dotationis laicalis causa competere decernit: ob idque derogationis juris patronatus ex privilegio Apostolico, & effectui vacationis in Curia non subesse.



ANNO
1716.

ANNO
1716.

pore, etiam ex causâ vacationis apud Sedem præfatam: aut quocumque alio prætextu, aut ex quâcumque aliâ causâ, quantumvis legitimâ, etiam per nos, & prædictos Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes, motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus decernimus.

§. 26. Denique, ut in eventum, in quem prædictus Joannes, aut pro tempore existens Portugalliae, & Algarbiorum Rex, ejusque successores alibi Curiam, eorumque Regias Personas, vel perpetuò; vel per aliquod temporis spatium respectivè transfulerint, nihilominus firma, & illas remanere debeant, tam Cathedralitas dictæ Collegiatae Ecclesiæ, sic à Nobis in Metropolitana, & Patriarchalem Ecclesiam Ulyssiponen. Occidentalem erectæ, quam omnia, & singula privilegia, & indulta eidem Cathedrali Ecclesiæ Ulyssiponen. Occidentali, sic, ut præfertur, concessa, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus decernimus, & declaramus.

§. 27. Ad hoc autem, ut omnia, & singula supradicta à Nobis concessa, & ordinata, ac in præsentibus contenta, & expressa debita executioni demandentur, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus, & singulis firmiter, & inviolabiliter observentur, motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, Venerabilibus Fratribus nostris Elven., Algarbiens., & Mirandens., eisque deficientibus, seu impeditis, Angolen. & Lamacen. Episcopis tenore præsentium mandamus, quatenus ipsi, vel unus eorum per se, vel alium, seu alios, etiam quatenus difficultate occurrente, & à Nobis non prævisa, quæ effectum earundem præsentium minimè retardare valeat, eisdem præsentibus literas, nullâ interpositâ morâ, debite executioni demandent, seu demandari faciant, ac unam partem tam Civitatis, quam Dioecesis Ulyssiponen. præfatæ versus Orientem pro propria Dioecesi, ac proprio Territorio Archiepiscopatus Ulyssiponen. Orientalis, alteram verò partem Civitatis, & Dioecesis Ulyssiponen. hujusmodi versus Occidentem, similiter pro propria Dioecesi, & proprio Territorio Archiepiscopatus Ulyssiponen. Occidentalis constituent, & assignent, ac plantam cum Confinibus, & mensuratione per Peritos faciendam juxta formam à Nobis desuper præscriptam, tam partis Civitatis, & Dioecesis Ulyssiponen. Orientalis, quam partis Civitatis, & Dioecesis Ulyssiponen. Occidentalis hujusmodi, tam in Cancellariis eorum Episcopatum, quam in Cancellariis Archiepiscopatus Ulyssiponen. Orientalis, ac Archiepiscopatus Ulyssiponen. Occidentalis ad perpetuam rei memoriam, reponere, & aservare debeant, quodque ultra divisionem præfatam sic, ut præfertur, factam, omnia & singula supradicta ab omnibus, & singulis perpetuis futuris temporibus per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna juris remedia, & quacumque appellatione remotâ, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis, adimpleri, & inviolabiliter observari faciant.

§. 28. Decernentes propterea easdem præsentibus semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causâ, quantumvis legitimâ, & juridicâ, etiam ex eo quod Sedes Archiepiscopalis Ulyssiponen. ad præsens vacet, & proprio Pastore, & Defensore destituta existat, ipsiusque Capitulum, & Canonici, seu quicumque alii cujuscumque Dignitatis, gradus, conditionis, & præminentia sint in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quâvis causâ, ratione, actione, vel occasione jus, vel interese habentes, aut habere prætendentes, illis non

conferent, aut ad id vocati, & auditi, & causæ propter quas eadem præsentibus emanaverint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut jus, vel interesse habentium, consensus, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requirente, defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitate, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplenda non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel factis, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causâ, etiam in corpore juris clausâ, occasione, aliâve causâ, etiam quantumvis justâ, rationabili, legitimâ, juridicâ, piâ, privilegiatâ, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate nostrâ, & aliis superius expressis nullibi appareret, seu aliâs probari posset, notari, impugnari, invalidari, retrahari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis integritatem, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio, aut impetrato, vel emanato, uti, seu se juvare in iudicio, vel extra, posse, neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam præfatam, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac datâ, specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis, comprehendendi, sed tanquam ad majus bonum tendentes, semper, & omninò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori datâ, quancumque eligenda, concessas esse, & fore; sicque & non aliâs in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque posteros Ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios quoscumque quâvis auctoritate, potestate, prærogativâ, & privilegio fungentes, ac honore, & præminentia fulgentes, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque iudicio, & in quâcumque instantiâ, judicari, & definiri debere, & si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 29. Non obstantibus quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibusque Conciliis, specialibus, vel generalibus, ac quatenus opus sit, etiam illâ Pauli Papæ secundi similiter Prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordina-

Defogt contrariis, & si-gnanter Paulinæ Constitutionis de rebus Ecclesiæ non alien. & quibuscumque Statutis antiquæ Cathedralis Ecclesiæ Ulyssiponen.

In casu translationis Regiæ Curie durationem Ecclesiæ Metropolitanæ, ut supra, erectæ præservat.

Executores præsentium literarum designat Episcopos Elven., Algarbiens., & Mirandens.

Eisdem Executoribus mandat, ut plantam divisionis, ut supra, factæ reponi curent in eorum Cancellariis, ac utriusque Archiepiscopatus, communicatis insuper quoad præmissorum executionem facultatibus.

Decreta roborantia cum clausula sublatâ, & irritante.

tionibus Apostolicis, ac antiquæ Cathedralis Ecclesiæ Ulyssiponen. aliarumque Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum antiquæ Diocesis Ulyssiponen. etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac locis quibuscumque etiam specificâ, & expressâ, ac individua mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut aliâ quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expressè, quòd illis per quascumque Literas Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas, quascumque etiam derogatorias derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censetur eis derogari, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis aliâ expressio habenda, aut quæcumque aliâ exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis, habentes, illis aliâ in suo robore permanentibus, ad præmissorum omnium validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissimè, & plenissimè ac sufficienter, nec non specialiter & expressè motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 36. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Motus proprii, ac Divisionis, Assignmentis, Erektionis, Institutionis, Concessionis, Indulti, Reservationis, Declarationis, Mandati, Voluntatis, Decreti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexto decimo, septimo Idus Novembris, Pontificatus nostri anno sexto decimo

P. de Comitibus.

Sanctio penalis.

Dat. 7. Idus
Novembris
1716.

LXXXVII

S U S P E N S I O

Privilegiorum à Sede Apostolicâ concessorum Facultati Sacræ Theologiæ Parisen. ad Sanctitatis Sux, & ejusdem Sedis beneplacitum.

CLEMENS PAPA XI,

Ad futuram rei memoriam.

Exordium à studio Romanorum Pontificum erigendi Collegia, ac Uni-

Circumspecta Romanorum Pontificum providentia è sublimi universæ Domus Dei speculâ longè, latèque prospiciens quantam Catholicæ Ecclesiæ utilitatem; atque ornamentum afferant sacrarum; etique ancillantium bonarum Li-

terarum studia, per quæ depulsa ignorantia caligine hominum mentes luce veritatis illustrantur, ut ad ea Christianifideles vehementius incenderet, adjuvaretque, Scholas pluribus in locis instituire, Doctorem hominum Collegia excitare, nec non Studiorum generalium Universitates erigere consuevit, ubi sanâ Fidei doctrinâ, optimisque morum præceptis, atque institutis, imbuendæ juventuti daretur opera: simul verò contra deterrima hæresum monstra, veluti armorum constituerentur, unde Episcopi, qui in partem Pastoralis sollicitudinis vocati sunt, ad suos greges tuendos arma capere, atque expedire facile possent. Ubi vero saluberrima hæc laudabilium disciplinarum Gymnasia, vel eorumdem Episcoporum curâ, vel Principum liberalitate, vel etiam privatorum Largitorum beneficentiâ, condita fuisse cognovit, novis ea proventibus auxit, gratis, & privilegiis decoravit, aliisque Apostolicæ benignitatis muneribus, prout in Domino censuit, profecuta est.

§. 1. Hinc plures ex iisdem Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quibus comperitum erat celeberrimam Universitatem Studii generalis Parisiensis, in eaque præcipuè Sacræ Theologiæ Facultatem adeo in dies magis flores præstanti ingenio, eximiamque doctrinâ Viris, ut ad eos audiendos è remotissimis etiam regionibus ingens undique Discipulorum multitudo conflueret: tanto quoque erga Apostolicam Sedem cultu, & veneratione commendari, ut hoc potissimum nomine excellere gloriaretur, eam maximis hisce virtutum laudibus ornatum in suam & Beati Petri peculiarem clientelam susceperunt: datis, ac sæpius confirmatis immunitatibus, & exemptionibus ab aliâ quacumque Ecclesiasticâ jurisdictione liberam esse voluerunt: aliisque insuper quamplurimis gratis, ac favoribus cumularunt, quemadmodum ex pluries editis, innovatisque à multis retro sæculis eâ de re Apostolicis Literis apertè dignoscitur. Quin etiam haud semel Facultatem eandem variis ærumnarum acerbitatibus, molestiisque conflictatam, in hujus omnium Fidelium Matris Ecclesiæ sinum confugientem, ejusque præsidium humiliter implorantem patrocinio munire, nec non paternâ, salutarique severitate in eos, qui malum eadem pararent, animadvertere consueverunt.

§. 2. Hæc dum Nobiscum animo reputamus, eo graviore doloris ictu percussi sumus, cum frequentibus literis, & sanâ ubique gentium cum incredibili fidelium scandalo diffusâ, ad Apostolatus nostri notitiam pervenit, quod, postquam aliâ videlicet mense Martio anni MDCCXIV., in lucem prodierat Decretum quoddam nomine dictæ Facultatis promulgatum, ac publicis literis consignatum, per quod testatum omnibus fiebat eandem Facultatem die v. ejusdem mensis Martii Constitutionem nostram, quæ incipit; *Unigenitus Dei Filius &c.* anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo decimo tertio sexto Idus Septembris à Nobis editam summâ cum reverentiâ, atque obsequio recepisse, ac in suas tabulas referri jussisse, ut ab omnibus, & singulis Magistris, Doctoribus, Baccalaureis, & Candidatis suis pari obsequio coleretur, & observaretur; Non ita pridem nonnulli prædictæ Facultatis Doctores, majorem forsân, sed certè minime faniorem sui Cætus partem constituentes, non minus antiquæ ejusdem Cætus gloriæ, perpetuæque in hanc Sanctam Sedem observantiæ, quàm insignium ab eâ ipsi Universitati collatorum Beneficiorum, ac Privilegiorum immemores: quinimò ipsius etiam sui Doctoratus gradus, quo Apostolicâ auctoritate donati fuerunt, prorsus obliiti: nullâ Ecclesiasticarum poenarum formidi-

veritates, ubi Juventutis sana doctrina, bonisque moribus imbueretur.

Romani Pontifices Universitatem Sorbonæ in suam, & B. Petri clientelam susceperunt, in ad veris strenuè tutati sunt.

Eadem Universitatis sancto Decreto Constitutionem Unigenitus solemniter recepit & ab omnibus observari mandavit.